



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

11. Ante mortem benèfac amico. Eccl. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

Unico verbo, qui ab amore primi amici cessare potest, indignus est habere secundum; & qui veram amicitiam sinit interire, non potietur aliam immortali.

## REGULA UNDECIMA.

*Ante mortem benefac amico.* Eccl. cl. 14.

## PARAPHRASIS.

*Non differ usque ad mortem benefac amico tuo. Amor facit socios, non loqueres. Non offert id quod perdit, & quod alteri relinquere cogatur, sed commune reddit id quod possidet.*

*Tempus liberalitatis est ipsa vita: Avaritia aut necessitas donant in morte & faciunt testamenta.*

## REFLEXIO.

**D**Um alteri aliquid boni praestitum hoc illi non exprobes, & quando amico aliquam gratiam aut favorem exhibes, fac ut tua facies & verba illum majorem inducant amicitiam, tristitia ejus qui donat offendit illum qui beneficium recipit, illudque mutat in dispensionem.

centiam. Rejectione alicujus beneficii fa-  
pissimè est excusabilis: potest enim pro-  
venire ab impotentia & impossibilitate,  
sed tristis & difficilis acceptatio ali-  
cujus beneficii est odiosa, quia provenit  
ab avaritia vel defectu affectionis.

Dum occasionem habes juvandi tuos  
amicos, tria semper aperta geras; ma-  
nus, faciem, & cor.

Dupliciter fit illud donum quod ci-  
tò fit, & plus quàm centies, si fiat cum  
bona gratia.

Similiter ne dicas amico tuo, vade &  
revertere; Cras dabo tibi. Gratia dilata  
est quasi rejecta, & est tantum dimidia  
ex parte datum, si non detur eodem die  
quo dari potest.

Videtur, quod per hanc dilationem  
quæras tempus & medium nihil facien-  
di: ad minimum demonstras, quod hoc  
illibenter facias. Omnis lætitia est cele-  
ris, omne gaudium promptum,  
& quæ placent citò perfi-  
ciuntur.